

Eminentissimi Reverendissimi Cardinalis, Archiepiscopi
Mechliniensis

INSTRUMENTUM DISPENSATIONIS

super impedimento mixtae religionis.

Engelbertus, miseratione divina Tituli S. Bartholomaei in Insula
S. R. E. Presbyter Cardinalis *Sterckx*, Archiepiscop. Mech-
liniensis, Primas Belgii etc.

Omnibus has visuris salutem in Domino.

Receptis Apostolicis litteris de . . . quibus Sanctissi-
mus Dominus Noster *Pius* Divina Providentia Papa IX. Nobis
facultatem tribuit ut cum N. N. Dioecesis nostrae, dispensare
possimus super impedimento mixtae Religionis, ad matrimo-
nium contrahendum cum N.

Legitime informati, quod preces veritate nitantur, et
attento quod, ad adimplendas condiciones in iisdem litteris
praescriptas, dictus N. coram Nobis emisit juratam obligatio-
nem permittendi educationem prolis utriusque sexus in reli-
gione catholica, nec impediendi conjugii et proli liberum
catholicae religionis exercitium, per praesentes dispensamus
cum antedicto N. a Nobis graviter monito de obligatione, quam
habet curandi totis viribus supradictae N. conversionem, super
praefato mixtae religionis impedimento, ut matrimonium cum
N. catholica, coram Parocho et duobus testibus juxta prae-
scripta a S. Concilio Tridentino, extra tamen ecclesiam, sub
qua scristia comprehenditur, omissis proclamationibus et sine
Paroch benedictione, rite contrahere, atque in eo postmodum
permanere libere et licite valeat, prolemque sive susceptam
sive suscipiendam exinde, legitimam declaramus.

Daum Mechliniae sub nostr. . . signo et sigillo —
anno 8^c.

